



Actum aut de sillogismis ex modalibus. **Alexander**
 primo quod quidam vocant modales dicitur, scilicet in quibus
 modus est copula vel pars copule. ut homo potest currere. solem
 esse esse lucere. Alii vocant proposita in quibus modus est
 terminus vel predicatum. ut necesse est hominibus esse animalia. et equum cur-
 rere esse possibile. Et notandum est etiam quod isti termini necesse
 est possibile. contingens. aliqui sumunt putant sunt differentie en-
 tum ut si dicamur deum esse necessarium. et omnia creatura esse contingens
 in. Aliqui autem sumunt ut appropinquate sunt differentie pro-
 positionum. ut cum dicamur propositum aliquod esse necessarium alia contingens.
 et possibile vel impossibile. et sic debet sumi ista nomina
 propositum quod vocantur modales propositas. Et dicitur in eis pro-
 positum modus et subiectum dicitur vel e converso. Per dicitur enim
 intelligitur propositum una eorum infiniti modi materialiter
 impositam. scilicet supponentem pro aliquo et de vel pro aliquibus propositum
 ista quod dicitur hominibus currere est possibile. valet tantum si
 dicitur talis propositum. homo currit est possibile. et si dicitur im-
 possibile est hominibus esse asinum. valet tantum sicut dicitur quoddam
 impossibile. id est quoddam propositum impossibile est talis propositum homo est
 animal. vel quod hoc est impossibile homo est asinum. Quia
 igitur premissa inferunt aliquam conclusionem sine additione modo-
 rum eadem inferunt eandem cum modis verum vel necessarium. ut si sequitur
 si est a. omne c. est b. ergo omne c est a. Ita omnia se-
 qui verum est omne b. esse a. et verum est omne c. esse b. er-
 go verum est omne c. esse a. Si autem omne b. esse a. est necessarium
 omne c. esse b. est necessarium. ergo omne c. esse a. est necessarium.
 Item quecumque premissa inferunt aliquam conclusionem sine ad-
 ditione modorum contradictorie premissa inferunt contradicto-
 riam conclusionem cum modis falsi et impossibili. ut si falsum
 est quoddam b. non esse a. et falsum est quoddam c. non esse b.
 ergo falsum est quoddam c. non esse a. Item non omnia si ali-